Sigismundus AUGUSTUS Dei grã REX Poloniae magnus DUX
Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiaeq etc. Dñus et haeres.

Mag.co Hieronimo Buzenski Regni nostri Thesaurario, Cracovien. Zuppario, Brzezinen., Czrczowien., Dobczyczenq nostro Capitaneo, sincere nobis dilecto gratiam nostram Regiam. Mag.ce sincere nobis dilecte. Dedimus et assignavimus in thesauro nostro pensionem annuam Nobili Christophero Strasz pro certo die, et tempore in lris originalibus expresso quolibet anno, per ipsum percipien. Quae pensio cum ipsi anno praeterito vzt sexagesimo nono, per olim Magcum Stanislaum Sobek Regni nri thesaurarium, retenta, ac non soluta fuerit, Ideo mandamus sinc. vestrae ut praefato Christophero Strasz dictam pensionem retten. cuius numerus in lris originalibus, illi per nos super id datis est expressus pro anno praeterito, ex thesauro nostro numeret, ac solvat, numeraríq ac solvi iuxta vim et continentiam lrarum earundem originalium curet. Quietationem aut ab illo accipiat: quam nos in ratiõibus exigen. ab sinc. vra suscepturi sumus. In cuius rei fidem sigillum nostrum praesentibus apprimi iussimus manuq nra subscripsimus. Dat. Warschaviae die ultima Februarii. Anno dni MDLXX. Regni vero nostri anno XXXXI.

Sigismundus Augustus
Rex



63

1570
Mandatum S. R. M.
pro pensione solvenda
Nobili Dno Cristophero
Strass. ex thesauro

64